


ARNOOLDI

BAERT, L. V. DOCTORIS,

NOVA FEUDALIS
dicuta

Illustri Generosoq. Viro D. Gerardo
de Hornes, Baroni in
Baillignij, &c.



num. A. G. cap. 9.

num.

COLONIAE,

apud Maternum Cholinum: 23

M. D. LXXXII.

Cum Gratia & Priuilegio Cæsar.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono f

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono f

ILLVSTRIGE

NEROSOQ. VIRO D. GERARDO de Hornes, Baroni in
Bassignij, &c.



*V*M superioribus annis Colonia Agrippina cis Rhenum, publicis in Scholis, feuda sine feudorum consuetudines interpretarer Illustris ac generose Baro, mirabar; & verò, mirari satis non poteram, quod eiusmodi materia, tam lucrosa, nobilis, utilis, utilissima, quinimò necessaria, tot opinionum myriadibus ac errorum tenebris inuolueretur; donec exantlatis in professione duobus feudorum libris, quos inter ceteros Obertus de Orto, & Gerardus Capagisti nobis reliquerunt, inspectis etiam quotquot inuenire potui feudorum commentatoribus (habeo autem & viditres & quadraginta) & quorundam locorum consuetudinibus; ipsius Oberti & Gerardi nec

51
NVCIS FEVD

DALIS

NVCLEVS, CORTEX, ET
ENVCLEATIO.

Edita

opera & industria

ARNOLDI BAERT BRVXEL-
lensis I. V. Doctoris.

NVCVLA PRIMA.

De beneficio in genere, eiusque spe-
cie quod est feudum.

NVCLEVS.

Obertus de Orto Anselmo filio suo
dilecto salutem.



Aufarum, quarum cognitio fre-
quenter nobis committitur, a-
liæ dirimuntur iure Romano;
legibus Longobardorum; aliæ
aliæ verò, aut secundum regni cōsuetudi-
nem: quæ quanāqu sint variæ, & quanquā
secundum diuersorū locorum aut curia-
rū mores sint diuersæ, nec breuiter ꝑ os-
sint dici, nec hoc libello facile comprēhen-

CONSTITVTIO NES FRIDERICI SECVNDI

Imperatoris incipiunt.

De statutis & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ editis, & immunitate locorum religiosorum vbiq̃ morantium, & fori privilegio, & Gazaris, & Patariensis, & alijs hæreticis, eorumque successoribus, & nauigijs peregrinis, & aduenis quocunq̃ locorum hospitantibus, eorumque successoribus, & de agricolarum securitatibus.

TITVLVS VNICVS.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Marchionibus, Comitibus, cunctisque populis quos elementiar nostræ regit Imperium, salutem & gratiam.

IN die qua de manu sacratissimi patris nostri, summi Pontificis, recepimus Imperij diadema, curauimus ad Dei, & Ecclesiæ suæ honorem, edere quasdam leges, quas in presenti pagina iussimus annotari, per totum nostrum Imperium publicandas.

Per

EXTRA VAGAN

TES, QVAS NON NVLLI

xj. Collationem appellant.

Quomodo in læsæ maiestatis cri-
mine procedatur.

TITVLVS PRIMVS.

Henricus septimus, diuina fauente gra-
tia Romanorum Imperator semper
Augustus.

AD reprimendum multorum faci-
nora, qui ruptis totius debitæ fide-
litatis habenis aduersus Romanū
Imperium, in cuius tranquillitate totius
orbis regularitas requiescit, hostili animo
armati conantur nedum humana, verū,
etiam diuina præcepta, quibus iubetur,
quod omnis anima Romanorum princi-
pi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus,
& assiduis rebellionibus demoliri; ne ex
eorum absentia in detestando læsæ maie-
statis crimine processus, & sententia retar-
dentur, & tanti sceleris nefanda temeri-
tas remaneat impunita, hac edictali Deo
propitio, perpetuò valitura lege sancim⁹,
vt in quocunq; læsæ maiestatis crimine,

M V &

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam declarationis, & pronuntiationis infringere, vel ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram, & poenam mille librarum nostræ cameræ solvendarum se nouerit incursum. Data

Pisis, iij nonas Aprilis, regni nostri
anno quinto. 1312.

LIBER DE PACE

CONSTANTIAE COMPOSITA,

inter Imperatorem Fridericum, & filium eius Henricum, & quosdam Nobiles

Alemaniae ex vna parte, & ciuitates Lombardiae, Marchiae,

& Romandiola, ex altera.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, & filius eius Henricus sextus Romanorum rex Augustus. Imperialis clementiæ immensa serenitas, mansucta eam semper in subditis suis dispensationē fauo-

AVREA BVLLA

CAROLI QVARTI RO-

manorum Impera-
toris.

In nomine sanctę & indiuiduę Tri-
nitatis feliciter, Amen.

*Carolus Quartus diuina fauente cle-
mentia, Romanorum Imperator,
& Bohemia Rex, ad perpetuam rei
memoriam.*

O Mac regnum in seipsum diuisum
desolabitur, nam Principes eius fa-
cti sunt socij furum, ob quod Do-
minus miscuit in medio eorum spiritum
vertiginis, vt palpent in meridie sicut in
tenebris, & candelabra eorum mouit de
loco suo, vt cęci sint, & duces cęcorum, &
qui ambulant in tenebris, offendunt, & cę-
ci mente, scelera perpetrant, quę in diui-
sionem contingunt; dic superbia, quomo-
do in Lucifero regnasses, si diuisionē auxi-
liatricem non habuisses? dic satan inuide,
quomodo Adam de Paradyso eiecisses,
nisi cum ab obedientia diuisisses? de luxu-
ria